VALERIUS MAXIMUS. VEGETIUS
um 1400/1404 (Wasserzeichenbefund) Seite 83v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=956
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



apta monumenta exhibebant illinc grata pupillis osculis spectacula
edebant illinc epularum magnifici apparatus latentique annone
subsidia oriebant et cum universis privatim alimenta in opia la-
borantibus dotes virginibus paupertate pressis subsidia det-
rimentorum incursu quassatis erogabant hospites quoque tum ur-
banis penatibus tum etiam rusticis tectis benignissime excepti
variis muneribus ornati dimittebant / Quodam vero tempore qui-
gentos simul gelensium equites vi tempestatis impossessiones
suas compulsos aluit ac vestivit / Quid multa non mortalem
aliquem sed propitie fortune benignum esse diceres sinum / Ergo quod
gillias possidebat omnium quasi commune patrimonium erat pro salute
et incrementis tum agrigentina civitas / tum etiam vicine re-
giones votis excubabant Collocato contraria parte archas in exo-
rabilibus claustris obseratas / Nonne prestantiore aliquanto estimes
illam impensam quam hanc custodiam etc. Explicit quartus ¶

Incipit liber Quintus Capitulum primum de humanitate
aut clemencia ii de gratis iii de ingratis iiii
de pietate erga parentes erga fratres erga patriam
Quintum de parentum amore et indulgencia in liberos
Sextum de parentum severitate in liberos vii.m de paren-
tum adversus susceptos liberos moderacione Octavum
De parentibus qui obitum filiorum forti animo tulerunt